

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XLI.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

quos Deus approbat. Pueri etiam Platonis dictum meminerint *πολι-  
ταιν β. Κακῶν δὲ αἰτίων Φάσαι θεῶν τινι γίνεσθαι ἀγαθῶν ὄντα, διαμαχητέον πᾶσι τῶν  
πᾶ, μήτε τινα ταῦτα λέγειν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεισθαι, μήτε τινα ἀκείων,  
μήτε νεότερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ, μήτε ἀπὸ μέτρου μυθολογᾶντα, ὡς εἴθ'  
ἴσται αὐτὰ λεγόμενα εἰ λέγοιτο, ἔτε ζυμφορὰ ἡμῖν, ἔτε σύμφωνα αὐτὰ αὐτοῖς.* Omni con-  
tentione pugnandum est, ne quis in ciuitate quam bene regi volumus, vel  
dicat, vel audiat, seu senex, seu iuuenis, seu in poemate, seu in alia narrati-  
one, Deum causam alicui esse malorum. Quod neq; sanctè ita dici potest,  
neq; vile est ciuitati, nec secum consentit in explicatione.

*Admodum erumposa, & misera vita est hominum, inde ab utero maris.*

DE MISERIS VITÆ HUMANÆ & tristissimis calamitatibus &  
erumnis omnium hominum concionatur: Quas cum intuemur, simul etiam  
de causa illarum, videlicet peccato, & de liberatore filio Dei cogitemus:  
& consideratione ingentis imbecillitatis & fragilitatis omnium rerum hu-  
manarum, flectamus animos nostros ad modestiam & timorem Dei. Et sci-  
amus præstantem hanc hominum naturam, radijs sapientiæ & iustitiæ diui-  
næ illustratam, & sanguine filij Dei redemptam, non ad tristem hanc præ-  
sentis vitæ carnificinam, nec ad perpetuas miseras conditam esse, sed ali-  
am meliorem vitam & portum æternæ & beatæ cum Deo consuetudinis  
restare. Meminerint etiam iuniores insignia dicta, quæ humanæ naturæ fra-  
gilitatem & miseriam describunt. Psal. 103. Homo sicut fœnum, dies eius  
tanquam flos agri sic efflorebunt. Heu mihi, mortales quid sunt? quid vita  
caduca? Occidua mortis nil nisi principium.

*χρῆς, σκιά, φάσμα, δρόσος,  
πνέμα, πνεῦμα, ἀτμός, ὄναρ, ὄϊσμα, ῥόσος, νηὶς ἰχθυον, αὔρα, πνεῦμα.* Ros, vapor, ymbra,  
tanor, puluis, nix, somnia, fumi, Spectrum, pluma, ratis transitus, aura, ci-  
nis. Plinius lib. 7. Incertum ac fragile nimirum est hoc munus naturæ, quic-  
quid datur nobis: malignum vero & breue etiam in ijs, quibus largissime  
contingit, vniuersum utiq; aut tempus intuentibus. Quid, quod æstimatio-  
ne nocturnæ quietis, dimidio quisq; spatio vitæ suæ viuūt: pars æqua morti  
similis exigitur, aut pœnæ, nisi contingit quies. Nec reputantur infantie  
anni qui sensu carent, non senectæ in pœnam viuacis. Tot periculorum ge-  
nera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte, vt nullum fre-  
quentius sit votum. Natura vero nihil hominibus breuitate vitæ præstitit  
melius. Hebescunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, inces-  
sus, dentes etiam ac ciborum instrumenta, & tamen vitæ hoc tempus annu-  
meratur. Euripides in Oreste: *οὐκ ἔστιν εἶδεν δεῖν ὡδ' εἰπείν ἐπ' ὅ, εἶδεν παθ' ὅ, εἶδεν  
ζυμφορὰ θελάτ' ὅ ἢς οὐκ αὐτὰρατ' ἀχθ' αἰθερώπια φύσις.* Cicero Tuscul. 4. Non  
sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus re-  
uocasse dicitur Socrates: Neq; tam terribilis vlla fandi ratio est Neq; fors,  
neq; ira cœlitum inuectū malum, Quod non natura humana patiendo ferat.

## Caput XL I.

*MNE* quod ex terra est, rursus in terram redit, Impij peri-  
buat.  
O quemadmodum & omnia flumina in mare reslu-  
unt.

Omnia corruptela munerum, & opes malè  
parta

ggg 4

parta intereunt, sed veritas manet in eternum. Opes impiorum deficiunt, non aliter atq; riuus exiccatur, & sicut fragor tonitruum consilescit in medio imbri. Latantur quam diu accipiunt munera, sed tandem ipsi euertuntur. Posteritas impiorum carebit ramis, & radix impiorum in petra arida. Et etiamsi in irriguo steterint, tamen eradicabuntur antequam maturescant.

Piè autem viuere, est sicut hortus benedictus à Domino, & misericordia manebit in eternum. Qui ex laboribus suis viuit, & contentus est, hic vitam habet tranquillam, hoc est inuenire thesaurum super thesauros omnes. Procreare liberos, & urbem excolere ac munire, memoriam parit perpetuam. At mulier honesta, utroque praestantior. Vinum & musica exhilarant cor, at sapientia iucundior est utroque. Tibia & cithara suauem dant sonum, at sermo amicus iucundior est utroq;. Oculus tuus libenter inspicit ea, quae formosa & pulchra sunt. Florens ager iucundior est utroq;. Amicus amicum inuisit tempore necessitatis. At coniuges multo magis. Frater fratrem adiuvat rebus afflictis, at misericordia multo magis. Aurum & argentum sustentant virum, at multo magis consilium bonum. Pecunia & opes animum addunt, at multo magis timor Domini. Timor Domini non destituitur vlla re, nec indiget auxilio hominum. Timor Domini hortus est benedictus, & longe amoenissimus, neque quicquam est amoenius. Fili mi, ne dedas te studio mendicandi. Melius est mori, quam mendicare. Qui aliena mensa viuere cogitat, hic non moratur honestam rationem querendi victus: nam cogitur propter alienum cibum peccare. Sed hoc studet cauere vir prudens. Panis emendicatus bene sapit ori impudenti. Sed hinc tandem periculosa febris corripietur.

Mors. O mors quam amara est memoria tui apud hominem utentem rebus secundis & opulentum, quem nulla cura premunt, qui à cibo nondum abhorret! O mors quam dulcis es egenti, qui valetudinarius est & senex, qui cura immersus iacet, nec melius sperare habet! Noli timere mortem. Cogita quod ita ordinatum est à Domino, super omnem carnem,

cum

Nihil vtilius  
& pulchrius  
vero timore  
Dei.

Mendicitas.

Mors.

cum eorum, qui ante te fuerunt, tum etiam, qui post venturi sunt. Et quid opponeres te voluntati Dei, siue decem, siue centum, siue mille annis viuas? Nam in morte non queritur, quam diu aliquis vixerit.

Quatuor locos præcipuos continet. I. Doctrina primi & VII. Præcepti amplificata expolitione, similibus, & antithesi. Impij *αισχροκερδεις*, possidentes opes male partas, horribiliter à Deo puniuntur & peribunt. Pijs verò, labores manuum suarum manducantibus, & contentis præfenti bono, bene erit in omni aternitate. Congruit cum Psal. 36. Noli æmulari in malignantibus, & Psal. III. Beatus vir qui timet Dominum: Gloria & diuitiæ in domo eius.

*Procreate liberos & urbem.* Secunda pars capitis, Nihil pulchrius & præstantius esse vero TIMORE DEI, seu vera PIETATE ostendit octo collationibus imparium. Prima & quinta coniugem honestam & fidam celebrat, de qua cap. XXV. diximus. Secunda voluptates sapientiæ, seu studiorum doctrinæ & pietatis veræ, cum vini & musices suauitate confert. *ἡ ὄσοφία θαυμαστὰς ἔχει ἡδονὰς τῆ καθαρῳότητι καὶ τῷ βεβαιῳ.* Nam sapientia admirabiles voluptates & omnium purissimas & firmissimas parit. Alioquin nulla est sincera voluptas, sollicitumq; aliquid lætis interuenit. Tertia ferè cum priore congruit, & suauitatem sermonis amici longè antefert harmonijs Musicis, vt Solon dixit: Senes duabus rebus præcipuè delectari, bono vino, & suauis colloquio. & Seneca inquit: Maximum theatrum esse amicum amico, & nihil dulcius esse oratione amici erudita & suauis. *Ἰνὸς νοσῆτος εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, ὅταν τις ἐν καιρῷ γέ μαλθάσῃ κέαρ.* Medela sermo fidus agro pectori, Si quis oportune loquens cor recreet. Animis enim agris, nulli medici rectius medentur, quàm sermones tempestiuè ad leniendum cordis dolorem adhibiti. Quarta pulchritudinem florentis agri celebrat expressam his Stigelij versiculis: Obuia nam picti lustrans miracula campi Naturæ intueor dum parientis opus. Aut mihi planta suis numen demonstrat ab herbis, Præsentemq; refert vna vel herba Deum; Aut operis series authorem tota recenset, Et leuis est cespes qui probat esse Deum. Emicat ex ipsis diuina potentia terris, &c. Quinta summum amicitia gradum monet esse inter coniuges mutuo amore & fide flagrantes, in quibus *σώματα μὲν δύο, ψυχή δὲ μία ἐστὶ.* Corpora quidem duo, animus autem vnus est. Sexta hominem beneficum & misericordem sæpè magis fidum esse in rebus aduersis, quàm proprium fratrem ostendit, vt Dauidem multò ardentius amat Ionathas, quàm proprii ipsius fratres. Ciceronem post prælium Pharfalicum reconciliant Cæsari Oppius & Balbus, cum Quæritur frater eum grauissimè accusaret. Septima bonum consilium auro & argento præstantius esse docet, & in bellis ac omnibus magnis negotijs multò plura consilio quàm viribus effici. Tandem verò concludit Syracides, Pietatem veram seu timorem Dei his rebus omnibus & pulchritudine, & dignitate & vtilitate, & viribus auxilij diuini & omni præstantia antecellere.

*Fili mi, ne dedas te studio mendicandi.* III. Mendicitatem prohibet, de qua noti sunt adolescentibus Homeri versus: *ἀλλ' ἐπεὶ οὐδ' ἔργα κακ' ἐμ-  
ποιοῦσιν, ἐβελήσῃ ἔργον ἀποίχεσθαι \* ἀλλὰ πτωχῶν κατὰ δῆμον βάλεται αἰτίων βόσκων  
ἄνγα-*

ὄν γὰς ἐπὶ ἀνάλογον. Hic quoniam didicit sceleratè facta patrare, Non vult furtificis manibus perferre laborem: Ostia sed mauult per singula quarere victum, Pascere quo ventrem ieiunus possit auarum.

*O mors quàm amara est memoria tui, apud hominem vtentem rebus secundis.* IIII. pars capitis, de morte non timenda pijs concionatur. Propositio est. *Noli timere mortem.* Argumenta tria sunt. I. A causa efficiente: *DEVS* iusto iudicio naturam hominum peccato pollutam morti subiecit. Humiliari igitur sub potenti manu Dei, nec repugnare ipsius sapientiae & voluntati iustissimæ, nos oportet. II. Mors est communis omnibus hominibus. Non igitur appetenda est inæqualitas, nec recusare id onus debemus, quod alijs multò præstantioribus ferendum est. III. Qui iuvenes moriuntur, citius ex huius vitæ miserijs eluctantur. Similia argumenta Ethnici quoq; vt Cicero in prima Tusculana, & Seneca passim, & Plutarchus in libello ad Apollonium collegerunt. Sed multò imbecilliores sunt hæ Philosophicæ consolationes, quàm vt atrocis illius & horrendi mali, Mortis videlicet, metum ex animis eximere possint. Conferamus igitur remedia huic malo à filio Dei Domino nostro Iesu Christo, auctore vitæ & immortalitatis opposita, qui sua morte nostrâ mortem absorpsit, & iustitiam ac salutem æternam, corporibus etiam nostris ex morte in vitam reuocatis, impertit. I. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoriam, vbi est mors aculeus tuus? vbi est ô inferne victoria tua? Aculeus enim mortis peccatum est, potentia autem peccati lex est: Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

## Caput XLII.

Impiis male  
erit.

**F** *ILII* impiorum, & qui adiungunt se impijs, abominationes merae sunt. Impiorum liberorum hereditas perit, & posterum eorum sunt contempti. Etiam liberi coguntur conqueri de patre impio.

*Nam propter ipsum sunt contempti. Va vobis impijs, qui relinquitis legem altissimi, siue viuatis, siue moriamini, maledicti estis. Quemadmodum quod ex terra prouenit rursus redit in terram, & impij à maledictione ad damnationem. Afflictiones hominis forsàn hinc durare possunt quàm diu uiuit. Sed nomen impiorum deletur, nam per omnia reprobum.*

Bona fama.

*Vide vt retineas nomen bonum. Nam certius est & durabilius quàm mille ingentes acerui auri. Quantumcunq; suavis aut iucunda sit vita, tamen paruo tempore durat: At nomen bonum durat in æternum. Filij mei, rebus secundis videte vt maneatis in timore Dei.*

Pudor.

*Quare pudet vos verborum meorum? Sunt quos pudet rerum*

rerum